

lum effec-
runt frui-
lem Jelu
crucifixo.

Utriusq; e-
morbis.

Calumnias
ad illius
exaltatio-
nem in-
dendam.

Mortuus
est in Cru-
ce et J. C.

Miraculis
narratio-
nes reli-
quiarum
ejus.

collocare incipiat, & quod omnem illius lætitiã constituisset, nisi Deus periculo morbo prohibuisset iter ad Indos: quo illum relegere meditabantur. Sed hæc frustratus spe, ardentem cupit perfectum habere ac pretiosa portio Joanni re- servata prope finem vite suæ; gravissimi enim corporis do- lores, calumnia, contumelia, interiora deliqua, ultima fue- re telæ, quibus Deus usus est ut numeris omnibus hoc exem- plar Crucifixi perficeret.

Tribus novissimis vite suæ mensibus, velut Job, ulceribus usquequaque confectus fuit, atque morbo affectus qui gra- vissimos illi dolores gignebat, & propter quem caro illius membratim scabatur, ita ut ipsa in edentium manus perhor- resceret modum, quo illum torquere cogebatur. Attamen om- nia ille tanta patientia sustinebat, ut ne hincere quidem vi- sus fuerit, ut conquereretur. Ad extremam patientie ipsius experimentum suberat tunc cuiusdam Superioris regimini, qui odio in illum successus iniquo animo domi suæ ferebat, vi- sum ei negabat, atque pharmaca, & valetudinarij præse- dum, ne quidquam illi solatii afferret, prohibebat. Immo etiam sæpe in cubiculum ejus ingrediebatur, ut illum con- tumeliosis lacefferet verbis, exprobrans illi imperfectiones, & laxitates, quibus Ordinem evertebat.

Permittit quoque Deus, ut sub vite illius exitum nebulæ ostenderent virtutibus ipsius per obsecrationes, & calum- nias, & postquam de moribus eius questum fuit, atque se- cundum iura testes auditi fuerant, quasi nocens fuisset, ru- mor per Hispaniam evulgatus est Patrem Joannem a Cruce Religionis insignibus excedum. Quapropter inter omnes per- secutiones, quas passus est ab amicis, fuit delectatus, ut olim J. C. a Discipulis suis, Passions ejusdem tempore. Tandem postremo vite suæ die, omnes interiores animæ ipsius facul- tates in Oceanum amaritudinis submersæ fuerant, & perinde ac corpus ejus in cruce confixum esset, spiritus ejus interi- ori Cruce angebatur, quæ millies erat acerbior.

Quæ Providentiã quam admirabilis es in sanctis tuis! Profecto, nisi vidissem, Hominem Deum in agone positum, in crucio sudore immersum, sese dolori tradentem, ac di- centem: *Tristis est anima mea usque ad mortem*: Nisi jam jam in Cruce animam efflaturus calam, terramque perterruisset tristibus verbis: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* mirari non liceret intuentis quomodo Deus fidelem nunc famu- lum in hora mortis excipiat. Sed quoniam amor Jesum Chri- stum impulit, ut hoc mortis genus subire vellet, millies beatus est servus ille, qui eodem multatur supplicio, quo Do- minus. Vir Sanctus, qui noverat manum percutientem se, & spiritum, qui illam regebat, tandem pervenit ad termi- num qui tot malis suam daturus erat, & pacate Deo suo animam reddidit. *Ex illius vita.*

De miraculis ejus nihil hoc in loco dicam, quandoquidem jam locuti sumus. Hoc tamen in Sancto nostro singulare est, neque aliis accidisse legimus. Constat autem ex ingenti irre- prehensibilem testimonio numero, & inquisitionibus ante plura Ecclesiastica Tribunalia peractis, cum preciosa illius caro, & ossa distributa fuissent, ac variis thesibus inserta, in par- ticulis his carnis, & ossium visas fuisse miraculosas appari- tiones; quæ referebant modo imaginem, quam *Eccle Home* vocamus, non sine cruento liyore ad genas; modo Calvarium impositum rapti, in quo videbatur crux, & imago Joannis a Cruce in genua procumbentis; modo Crucifixi formam; vó- lente Deo hæc figuræ, & miraculosas apparitiones esse tan- quam testes sanctitatis Beati Viri, & ardentissimi amoris, quo Crucem dilexit. Illud vero miro modo Sancto nostro glo- riosus videtur quod Sanctus hic Patriarcha post se viventes reliquias reliquit, in quibus omnes ipsius virtutes expressas invenimus. In Sancta enim reformatione, cujus ipse cum San- cta Theresia auctor est, magnum reliquit filiorum nume- ram, qui induti, ac tunc duplici Spiritu, Eliz primi parentis sui; Spiritu zeli, ac fortitudinis, qui se se extrin- secus prodit, cum agitur de prædicanda fide, tuendaque Religionis causa. Spiritu interiori, Spiritu orationis, & soli- tudinis, qui efficit consummata Sanctitatis contemplatores,

rectique exempli Concionatores, cuales S. Theresia cupiebat. Tibi vero, Sancte Vir, ne præmium deesse zelo, qui te tot exercitiis, confectione laboribus, ut in ingenti hoc Ordine primum excitares fervorem, quo pius Institutor illum in- cendit; Tibi, inquam, tradidit frequentem tot Sanctorum Religiosorum posteritatem, qui tui sectantur vestigia, & quo- rum vita adeo frugi, & austera non nihil confert ad gloriam tuam; quandoquidem illorum uteris ope ad ea perducenda, quæ per te perficere non valuisti. Unum duntaxat erat tibi naturale corpus, quod neque in locis omnibus, neque omni- bus temporibus adesse poterat, ut ubi vis christiana mortifi- cationis exemplar præberes: sed hæc necessitati satis super- que satisfactum est per mysticum tantæ Ordinis corpus, cu- jus vocari potes institutor, & secundus Patriarcha, quoniam illi primam reddidisti vitam, primum fervorem, ac spiri- tum, quod ipsum præstant tot zeli tuifuccessores, & humi- litatis tuæ, tuasque mortificationis imitatores. Quod si S. Gre- gorius Nazianzenus Regularium statum Evangelij plenitudi- nem vocat, quia ibi omnia ejus præcepta, atque consilia ad unguem observantur; id jure dicere possum de illis præcipue, quos tu exemplis tuis formasti, quandoquidem in eorum vi- ta præclara, ac difficillima ejusdem placita elucescunt.

Quod vero ad nos pertinet, quibus Ecclesia insignis San- cti hujus proponit exemplum, ut nos ad virtutum illius imi- tationem impellat, ubi cogito rigorem, austeritatem, & ad- mirabilem mortificationem illius, non solum, quid sit animad- vertendum? Cælum, auditores, nobis dabitur gratis? sine vi raptemus illud? Nuncquid ad illud via nobis rosis strata erit, alius vero spinis, & crucibus? Haud ita sane, sed Joannes noverat, quanti stet, & quomodo sit acquirendum.

Vobis autem, qui Cruces effugitis, & qui in hoc omnes curas vestras impenditis, ut minima evitatis incommoda, quæ vobis destinat Providentiã, ut vos sanctificet, quid aliud di- cere possum, quam terribilia S. Pauli verba, videlicet, vos- met probate actionibus vestris inimicos Crucis Jesu Christi. *Et nunc senu dico, inimici Crucis Christi. (Philipp. 3.)* Nun- quid fallitur Deus ea in ratione, qua Sanctos excipit? Nun- quid non amat, quos corrigit, & vexat? Nuncquid majorem testatus est amorem S. Joannis a Cruce delictis, quibus in- briavit illum, quam opprobriis, quibus ille saturatus fuit? Nonne SS. omnes per eandem viam deducti sunt? Nonne om- nes Jesu Christo dixerunt, ut sanctus ille, quem colimus; *Domine pati pro te, atque contemni.* Domine nihil a te peti- mus, nisi ut in partem accedamus passionum tuarum, & con- tumeliarum Crucis tuæ. Christiani voluptatum vestrarum ido- lolatæ, qui vite mollis fautores vosmet sceleratis, nunquam sane hanc morum doctrinam percipitis; ignoratis ergo vo- luptates partem esse, & reproborum sortem, tribulationes autem beatam esse partem prælestinatorem? Nondum affectu estis vim eorum verborum. *Plauditis, & scitis vos; man- dus autem gaudetis; sed tristitia vestra convertetur in gaudium.* Perite a Deo perspicaces oculos, quorum ope videre, gesta- re, & hæc divinas veritates diligere valeatis.

A vobis non queritur, ut ad hunc eminentem mortifica- tionis, contemplationis, atque extatum gradum ascendatis; singuli habent donum Dei vocationis suæ congruam: *Alius sic, alius vero sic, unusquisque proprium donum habet ex Deo. (1. Corinth. 7.)* Verum nonne a vobis queri potest ne animi vestri cupiditates exciteis mundanorum spectaculorum in- tuitu? Nonne jure prohiberi potest lectio librorum periculo- sa carentium, & frequentia illorum coetuum, ubi pudor in naufragii discrimen adducitur? Nonne merito vobis di- cimus, relinendum esse vestrum luxum, & magnificam fa- miliam, quam non nisi alienis sumptibus alicis? Excerpte igitur ex Sancti hujus vita, quid imitari vestrum est, relin- quentes omnes criminosos habitus & frequentius vacantes orationi, ac meditationi magnalium Dei; & quandoquidem pares non estis ut perfecte magnum hunc Sanctum imitemini, vosmet saltem humilitate, & admiramini in eo, quid- quid captum vestrum excedit, neque cessetis laudare Deum excellentes donum, quod ab eo recepistis: *Unusquisque pro- prium donum habet ex Deo.*

Qua in re imitari de- beamus S. Joannem a Cruce in- guli hæc conditione suam.

Horatio ad tribulationes sustine- dat.

R. P. VINCENTII
H O U D R Y
 BIBLIOTHECA
 CONCIONATORIA
 COMPLECTENS
PANEGYRICAS ORATIONES
 SANCTORUM.
 TOMUS QUINTUS,
 IN QUO CONTINETUR
 SUPPLEMENTUM PANEGYRICORUM

Per Materias generales APOSTOLORUM, MARTYRUM,
CONFESSORUM, VIRGINUM, &c.

EGALLICO SERMONE IN LATINUM TRANSLATUM.

EDITIO NOVISSIMA.



V E N E T I I S,
Ex Typographia HEREDIS NICOLAI PEZZANA.

M D C C L X X I X.
SUPERIORUM FACULTATE.

Finis Tomi Quarti Panegyricorum.

IN Parte hujus Operis tertia in medium protuli multiplices Panegyricorum in Sanctorum laudem instruendorum formas, atque uberem rerum supellectilem singillatim pro iis, quorum passim celebrantur elogia: sed simul ad monui fieri nequaquam posse, ut pro quolibet Sancto, cujus laudes sacro Oratori essent exornandæ, in aliquibus locis, ubi Sancti illius dies festus recolitur, huc afferamus varia argumenta. Ut huic supplerem defectui, ratus sum, mihi insistendum Ecclesiæ Methodo, quæ præter Sanctos aliquot diversis Ordinis, & characteris, quorum celebrat officium per annum, cum minime posset singularia pro ceteris elaborare, qui nimis multi sunt, satis esse censuit illis communia assignare pro variis eorum statibus, ac titulis, quibus decorantur; videlicet pro communi Apostolorum, quibus S. Paulus primum tribuit locum, pro communi Martyrum, Doctorum, Pontificum, Virginum, quibus alia nonnulla adjiciemus eorum, qui præter nomen generale Confessorum, quo nuncupantur, distinguuntur per titulos; & qualitates Penitentium, Eremitarum, Religiosorum, Abbatum, & Institutorum Ordinis alicujus; & denique Regum, & Principum sexus utriusque.

Hunc mihi ordinem proposui in hoc Supplemento supellectilium pro Panegyricis orationibus; quod Operis difficultas in causa fuit, ut diutius differrem; & credo me ipsum aliqua in parte hujus Operis mei professum fuisse; hoc inutile futurum: quandoquidem intellexi non deesse posse dicendi materiam pro variis id genus Elogiorum speciebus in iis collectaneis, quæ in vulgus edidimus, in quibus Sanctus aliquis invenitur, qui rationem, ac similitudinem habeat cum illo, cujus celebratur memoria; quia omnes qui ejusdem sunt ordinis ad finem eundem pervenerunt eadem via; videlicet, easdem virtutes exercuerunt, eadem obierunt munera, eadem sustinuerunt prælia, eadem superaverunt pericula, ita ut exceptis tantum aliquibus actionibus particularibus, quibus supplere arduum non est, uti aliquis possit iisdem argumentis, eadem partitione orationis propositis pro alio, qui idem vitæ genus fuerit amplexus, vel eidem responderit vocationi, quæ illum insignem sanctitatem virum effecerit.

Fateor equidem rationem hanc satis validam mihi visam fuisse, ut fidem meam liberarem, quam obligaveram illis, qui ad operis hujus finem me urgebant. Sed ex quo animadverti ad verum Sancti alicujus elogiū concinnandum, satis non esse ostendere, vel supponere, illum præclare perfunctum fuisse officiis omnibus status, aut vocationis ipsius, & illi tribuere laudem ceteris communem; quia quod commune est, non maximum impetum facit in Auditoribus, neque satis sublimem astruit conceptum illius Sancti, cujus meritum volumus extollere Sermone elaborato, & qui derosos sapiat ungues. Illud igitur amplificandum est, secretas proferendo virtutes, actiones, quæ licet communes in hominum oculis, magnæ tamen visæ sunt in oculis Dei, ostendendo constantem sedulitatem exhibitam in vita sancta, & regulari, atque in praxi bonorum operum, quæ Sanctus hic mortalium oculis abscondit &c.

Clarius loquar. Si ex. gr. Apostoli, vel Apostolici viri exornatur elogium: neque satis exploratus est laborum ejus cursus, prædicationes, & conversiones ab illo in glorioso hoc ministerio peractæ: eo in casu latius excurrere possumus in Zelum illius, qui ceteri jure potest ardentissimus, quandoquidem eum meritis est locum, quem obtinet inter Sanctos: Celebrari potest ejus dexteritas, qua sibi viam in animos hominum aperiebat; referri possunt rationes varæ, quibus fidei consonum est ipsum usum fuisse, ad animas ad fidem perducendas, vel illis vitæ mutationem suadendam. Proponi potest Exemplum ejus, quod ampliorem consecutum est effectum, quam verba, & hortationes, quas habuit in populo. In his, quæ Sanctus, cujus celebratur elogium, habuit communia cum aliis Apostolis, diutius immorandum est; & hæc applicanda sunt præclaro quopiam loco, vel schemate satis insigni. Semper tamen reditus faciendus est ad præcipuam Apostoli qualitatem, a qua numquam recedendum est: & loquendum de aliis talentis, aut virtutibus, tanquam circumstantiis, occasionebus, subsidiis ad digne ministerium suum obeundum. Hunc in usum non minimum conferent ea collectanea, quæ in hoc Supplementum congestimus, quod distinctius connotatum est in singulos titulos, quibus peculiariter decorat Ecclesia Sanctum, in cujus laudem habendus est Sermo.

Nihil est, quod adjiciam huic Supplemento, nisi fortasse, argumenta de quibus hic agitur, nequaquam suppeditare valuisse nobis adeo uberem rerum copiam, ut hic Tomus alios mole exæquaret, ideoque mihi addendos fuisse sermones nonnullos, quibus uti licebit in texendis elogiis Sanctorum, de quibus sermo est in hoc ipso volumine, & quorum nomenclatura adjicietur pro varietate statuum, & conditionum, in quibus sanctificati fuerunt.

4
T A B U L A
A R G U M E N T O R U M .

Quae continentur in Supplemento Bibliotheca Concionatorum.

TRACTATUS PRÆLIMINARIS de Sanctorum Apothæsi cum generatim, tum in particulari. Pag. 5
 De Communi Apostolorum & Virorum Apostolicorum. 11
 De Communi Martyrum. 21
 De Communi Doctorum, aliorumque qui in Ecclesia dictis, & scriptis enituerunt. 28
 De Communi Confessorum, quibus hoc nomen Ecclesia propriae apravit, qui videlicet passi sunt persecutionem pro fide, & iustitia. 38
 De Communi Confessorum Pontificum, aliorumque Pastorum. 43
 De Communi Confessorum Eremitarum & Cœnobarum. 57
 De Communi Confessorum Pœnitentium. 63
 De Communi Sanctorum, qui bonorum operum praxi in Mundo Sanctificati sunt. 71
 De Communi Confessorum, Regum, Principum sexus utriusque, qui in Mundo Sanctitatem adepti sunt. 79
 De Communi Sanctorum, qui in statu Ecclesiastico sanctificati sunt. 86
 De Communi Sanctorum, qui in Religionis statu sanctificati sunt, Abbatum, Institututorum Ordinis alicujus. 94
 Missionarum, & Apostolici viri. 104
 De Communi Virginum Sæcularium, & Regularium. 108
 De Communi Sanctarum Viduarum. 114
 Exempla Sanctorum, qui nobis imitandi sunt ad nostram sanctificationem in quolibet statu, & conditione. 120
 De Sodalitatibus, Congregationibus, Confraternitatibus in Ecclesia sub variis Titulis Instituitis. 125
 De Miraculis in gratiam Sanctorum, seu in Fidei, & Catholicæ Religionis confirmationem. 128

Additiones ad Supplementum Bibliotheca Concionatorum, in quo agitur de Communi Sanctorum generatim, videlicet Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum,

Sermo I. Nos in quolibet statu salvari posse. 133
 Sermo II. Deum velle omnes homines in omni statu salvos fieri. 136
 Sermo III. Ad salutem acquirendam modica non esse negligenda. 140
 Sermo IV. Generale ad salutem acquirendam medium est Christiana patientia. 143
 Sermo V. De Perfectione Christiana. 147
 Sermo VI. De bono Exemplo. 150
 Sermo VII. De bona rectaque in omnibus intentione. 153
 Sermo VIII. De fervore in Dei cultu. 157
 Sermo IX. De gaudiis, quæ in Dei cultu gustantur. 159
 Sermo X. De Concilian. Mundi, & Religionis officiis. 162
 Sermo XI. Ad Sanctitatem acquirendam singulis ingenium suum esse corrigendum. 166
 Sermo XII. Pauci salvantur, quia pauci operam dant suæ sanctificationi, ac saluti. 169

SUP.



85
S U P P L E M E N T U M
B I B L I O T H E C A E
C O N C I O N A T O R U M .

T R A C T A T U S P R A E L I M I N A R I S

De Canonizatione Sanctorum cum generatim, tum singillatim.

EX quo in Christiana religione infinita ferme Hereses orta sunt, quarum singula cultum & honorem impugnant, qui Sanctis adhibetur, & idolorum cultores vocant eos, qui illos colunt, & invocant; Ecclesia Romana nihil inquam pretermisit, ut probaret hunc cultum, in quo haberi iussit eos, quos credit, ac asserit ad Cœlestem gloriam pervenisse. Quapropter si illi sunt rursus Christiana Religio, in quibus plures adhibendas puer cautiones; profecto hec est Sanctorum Apothæsis. Equum sane est hunc honoris gradum Dei amicis decernere, ut eorum in hoc mundo merita aliquibus premiis decorentur, cum in altero eternam gloriam consequuntur. Ceterum cum agitur de hoc religioso cultu alicui Dei famulo prestando, Sancta Sedes adeo sedula, ac diligens est in instituendis questionibus de illius virtutibus, & adeo severa est in iudicio ferendo, ut licet Divina desisteretur ope, fieri non posset, ut iudicium ferendo secundum humane prudentie regulas in id genus decisionibus erraret; etenim minime contenta virtute preclara in iis, quos Sanctorum status adscribit, heroicam existit: & quantumvis summam adhibeat diligentiam ut de hac heroicitate constet, vult hominum testimonium Dei ipsius auctoritate probari. Itaque non satis est, homines interposita iurandi fide testari plures actus heroicis sublimium virtutum opus est, ut Deus illorum testimonium sua auctoritate confirmet, & per miracula sententiam suam probet. Ceterum minime credendum est a Sancta Sede quodvis miraculorum genus sine electione probari. Nullam cautionis genus est, quo non utatur, ut vera a falsis discernatur. Ex sermo centum miraculis, quæ Sacre Rituum Congregationi fuerit proposita pro Sancti unius novissimum horum seculorum Canonizatione, unum dumtaxat probatum fuit; & Congregatio expectandum censuit, donec Deo placuisset ad Sancti illius viri intercessionem recentia miracula operari. Post has questiones, perquisitiones, ac testimonia negari Ecclesie non potest jus celebrandi festum diem Sancti, ac pretermittendi usum rituum aliorum huc celebritati inherentium. Verum quidem est, non semper Ecclesiam usam fuisse hac norma in omnibus Sanctis, quos colit; & plurimi sunt, qui populi tantum voce in Sanctorum album fuerit relati; sed non desistere illi causa ad methodum immutandam, & hanc ceremoniam celebratorem efficiendam. His causis deinceps visuri sumus; modo satis sit, admirari ac venerari eisdem consilium, & eodem cultu revereri Sanctos, quos tales appellat modo, ad illos quos ab antiquo venerata est.

D E C A N O N I Z A T I O N E
S A N C T O R U M .

A Pud Ethnicos non fuit solum irridenda superstitio, verum etiam impietas profana, quæ satis diu viguit in Grecia, & Roma in eorum album referendi Imperatores suos post obitum, & summos viros, quos in vita veluti heroes fuerant venerati. Huiusmodi Apothæses multis ritibus celebrabantur, ac tanta magnificentia, ut sacrum hominibus facerent, etque Religionis sensum immitterent erga homines sæpe vitiosos, qui odium potius, & contemptum merebantur eorum, qui illis tanquam diis thura adolebant. Hac insana cæcitas, & cultus omnino subverta fuerunt a Religione Christiana; sed mirum est, quot deinceps subortis fuerit Hæretici, qui peperam scandalo sibi verterunt, quod Ecclesia iuxta consuetudinem præfisc etiam temporibus usurpatam, colerit, atque in Sanctorum albo receperit Martyres, & eos, qui honorem hunc promeriti sunt vite sanctitate probata miraculis, & auctoritate virorum fide dignorum, qui ad examen vocantur illorum virtutes, præclara facta, & operam, quam Deo, & Ecclesie præstiterunt. Injustam hanc exprobrationem hodierna quo-

que die Ecclesie ingerunt Heterodoxi, illam saltem influentes cultus superstitiosi, perinde sic idem ac Ethnica superstitiois reliquia, personataque idololatria, quæ nomine tenus mutata est, cum beatos in Cælo delectat, quos credit vitam sancte in terris doxisse. Jure igitur quilibet fidelis, & verus catholicus calumniam hanc explosit, cum illi perusam sit de enormi discrimine, quod inter cæcæ Ethnicorum superstitionem, & religiosam intercedit cultum adhibuit iis, qui Sancti habentur, & vocantur postquam solemnemque declarationem. Hoc enim facere contulerit Ecclesia ad Sanctorum virtutes premio assequendas, ad Fideles vulgo excitandos, ut eorum actiones imitentur; cum e contra Ethnicorum Cæsarum, vel sæpe etiam Pabulorum Heroum Apothæseos fierent ad ambitiosorum Principum gratiam captandam, qui nonnquam efficiant, ut sibi divini honores statuerentur, & immortales vocarentur in vita ipsa ab iis etiam, qui testes esse poterant mortis eorum.

Recent Auctor.
 Tractatus hic de Sanctorum Canonizatione ad tria puncta referatur. Quorum primum est utrum Sancti sint canonizandi; alterum, cujus sit illos canonizare; tertium utrum in hoc errare valeat Ecclesia. Sed ante omnia sciendum est, quid sit Canonizatio, ut æquus eisdem conceptus animo imbi.

imbibatur. Canonizatio igitur non aliud est, quam publicum iudicium, & declaratio ab his peracta, qui praesunt in Ecclesia, de religioso cultu Sanctorum, qui gloriam adepti sunt, deferendo. Causae, quae Ecclesiam aequilibrant hanc rationem servare cogunt, haec sunt; 1. Ut honoretur Deus in Sanctis suis. 2. Ut inde Ecclesia adificetur. 3. Ut Christiani magis merito ad virtutem excitentur. 4. Ut perhibeatur testimonium Ecclesiae pro articulo fidei tenentis Sanctorum communionem. Praeterea animadvertendum est, honorem, qui Sanctis adhibetur, necesse prophanum, neque politicum fuisse, sed sacrum & Religiosum, & octo praecipua puncta complecti. 1. Eam, qui Canonizatur, in Sanctorum album inferri, cum multis ad eos omnes, qui continentur Ecclesiam, credendi illam talem esse, de eodem loquenti, scribentem, eumque velut talem colendi. 2. Hanc in publicis locis invocari posse. 3. Hic extra posse Tempia, Siciliae, Aras, & Monumenta in illius memoriam, & sub titulo Nominis ipsius. 4. Eius officium celebrari posse, & offerri Deo in illius honorem augustissimum Missae Sacrificium, & in gratiarum actionem gloriae, quae illi collata fuit. 5. Dies festos in eius Nominis festum posse. 6. Fieri posse imagines, & simulacra, ac illi honorem adhiberi superiorem ei, qui Principum imaginibus adhibetur, in signum gloriae, & beatitudinis, qui in Caelis gaudet Divinitati conjunctus. 7. Eius typicam cum honore aservari, ac proponi populo religioso rite colenda. 8. Persequi omnes, quae quae consistere possent ad invendum locum, ubi hamatus fuit, ad vota sua Deo votenda, & servandos eos pietatis ritus, qui quovis tempore erga Sanctos, quos hoc titulo laetit Ecclesia, servari solent. Ex pluribus Auctoribus, sed praesertim ex Patre Costan.

Deus, qui certissimum est omnis iustitiae regula, in utroque docet Testamento, equum esse Canonizare Sanctos; primum quidem in Veteri per Ecclesiasticum, ubi ait: *Sunt, quarum non est memoria, perierunt, quae non fuerunt, & non sunt, quae non sunt, & sunt ipsorum cum ipsi, sed illi viri misericordiae sunt, quorum pietatem non deseruere, cum sentire eorum permanent bona. Hereditas Sanctae Synagoga eorum, & in Testamentis beatis fides eorum. Et filii eorum propter illorum in testimonium beatis fides eorum. Et gloria eorum non dereliquit. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen ipsorum vivit in generationibus, & generacionibus. Inventionem ipsorum novum populi, & laudem eorum nuntius Ecclesiae. (Ecl. 44.)* Ita recenset in numero sancta unum omnes Patriarchas, & Prophetas, propter eas qualitates, quibus ornati erant, dum viverent. In novo autem Testamento videmus, S. Lucam in Actis Apostolorum simili pacto Canonizare S. Stephanum, S. Jacobum Majorem, S. Petrum, S. Paulum, Barabam, & Silvam, unde inferre potest, Deum Ecclesiae suae reliquias postulare utendi eodem modo cum illis, quos tali honore dignos receperit. Ex istem.

Quis incipit, honorem sequi virtutem, ut umbra sequitur corpus? Quis negat honorem adhibere illis, quos Deus habet in honore? Quis non poterit tanto honore prosequi Sanctos, quanto Deus illis prosequitur? Quis ignorat quantum in animabus nostris valeant ad eas ad pietatem excitandas eorum exempla, qui nobis similes fuerunt? Cum audimus, aut videmus in eorum simulacris, imaginibus, aliisque monumentis, quomodo supplicaverit Carium, Mithridem, & Satanam; quomodo istam legem esse inimicis, hinc obnoxiis periculis, hincque infirmitatibus circumdatis, atque gratia tunc in illis vasis in Apollonis inquit, & idem corpus continentur? Nonne iam sermo est Apollonis ad Hebraeos, & Romanos scribens: *Miraculis, inquit, & doctrinae virtutem, in vobis locis sunt verbum Dei, quorum fructus eorum conversionis, & in vobis. Iste Christus, beatus, & habet: ipse & in vobis. (Eph. 3.)* Quae dicere, Jesus Christus esse potest in vobis, in quod tunc in illis; quem admodum per haec alia verba significat: *Quis autem in vobis corpus sumus in Christo, singuli autem alterius membra. Equum autem est credere quos Dei, quos Sanctos volumus. Modo vero dicitur nobis, quos autem debent illis honores percipere? Utrum equum sit, ut in quodlibet in licet in statuere; an opera pretium potius sit id referre Ecclesiae, & his, qui praesunt illi, ordinem in negotio constituant? Ex pluribus Auctoribus deest.*

Sanctorum Canonizatio vel particularis est, vel generalis. Particularis est cum aliquis Sanctus declaratur in Provincia aliqua, vel una tantum Diocesi; Generalis vero, cum pro tali habetur in universa Mundo. Plura modo quilibet Episcopus olim poterat in Diocesi sua aliquam Canonizare, quem admodum videmus apud Sanctum Cyprianum in Epistola sexta, ubi te, ceteris, amonere, iacet, ubi Martyr aliquis per famulans sui effusionem perhibere testimonium Jesu Christo, ut memoria illius revocatur, inquit, in oblationibus, & sacrificiis. Verum cum per summum Episcoporum Concilium obsequi lesse apud aliquos in Tabulis, & Nomenclaturis Ecclesiarum particularium, Alexander III. tempore Innocentius III. Summi Pontificis edicto caverunt, ne in posterum aliquis pro Sancto haberetur, nisi Apolloniae sedis auctoritate probaretur. In hodierna die non alia est Canonizatio prae generali, quae iure optimo pertinet ad Ecclesiam, vel Summum Pontificem, qui eam repraesentat. Et Con-

Equum est
Sanctos Ca-
nonizare

Causae quae
nos impelle-
re debent
ut Sanctos
exaltemus

Ad quem
fidei San-
ctus Canoniz-
zate

stat ratio: in dubiis enim ad Ecclesiam confugiendum est; ut in his, quae ad vitam, mores, & miracula Sanctorum referuntur, Ecclesia igitur est, videlicet Conciliorum, ubi cogi possunt, aliquando illius qui Concilii caput est, & sine quo Concilium nequit esse legitimum, iudicium ferre, & definitioem evulgare. Item.

Neque ideo potest Sanctos omnes, quos colit Ecclesia, semper Canonizatos fuisse a Summo Pontifice, quod nunc fieri solent. Sancti enim Patres Basilium, Gregorium Nazianzenum, Iohannes Chrysostomum, Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, & generatim illi omnes, qui sextum praecedunt saeculum, non nisi Praefatum approbatione, & omnium Fidelium consensu inter Sanctos adscripti fuerunt; Sed Canonizatio, quae hodierna die fit, diligentior est, & longe cautius instituta, ita ut de sana mente dejectos habendos fidei, qui Ecclesiae defensionibus resistit post tota quationes, processus, ac testes, quos illa requirit, antequam aliquem in Sanctorum albo recenseret. Ex pluribus Auctoribus.

Rationes eadem, quae S. Mathiam probant Canonizationem, cum in Apolloniam numerum adscripti fuit, authentice reddunt Sanctorum prophanum, cum Ecclesiae, & Apolloniae Sedis Oraculo tales declarantur; nam sicuti Spiritus Sanctus tunc Apolloniam coegit praesidere, praesideri adhuc cohibet succedentem ipsorum, qui si falsi possunt, similiter in dubium revocari possent, quodquid ab illis sanctum est. Secundo fidei confirmatio non est, nobis audiendum esse Ecclesiam proposita anathematis poena, in his controversis omnibus, quae de religione favorit possent; in hac autem re tanti momenti, si cere nobis Ecclesiae iudicio obstant, equae detestatio obediencia. Tertio abhorret a fide, & recte Divina veli Providentia talem in Ecclesia errorem permittere, & pati, a nobis cum colit, qui suprema auctoritate, & est aeterna iustitiae fidei inflexibile obiectum. Miracula etiam, quae operatur Deus ad Sanctorum invocationem, confirmant iudicium, quod fit in Sancti Petri Cathedra, quae haec totidem sunt divina testimonia, quae nos lateri cogunt Omnipotentem manum illius, qui unum operari potest effectus, qui natura virtutes excoquant. Sed in nunquam diligenter adhibetur in fecerunt veris miraculis ab his, quae falsa, & illusoria sunt; nunc adhibetur pro falso ubi agitur de Sanctorum beatitudine statuenda. Cedimus Alexandrum, Casarem, Pompejumque tales fuisse, quales Plutarchus narrat, simpliciter hanc auctoritati, ac aut Antiochus huius, & similitur testimonio innixi; dubitantes vero utrum admittenda sint probationes, quae Deus ipse nobis suppeditat in iudicio, quod constituit Ecclesia. Ex pluribus Auctoribus.

Ex his omnibus rationibus, ac testimoniis liquet, quam caute Ecclesia Catholica nobis Sanctorum cultum proponat, & animadvertendum est, nullam esse in re negotium, cuius perquisitio fit commendatio, & quae diligentior, quam de vita, moribus, obitu, & miraculis eorum, quos hoc nomine dignatur. Nam praeter investigationem, quae inferitur in factis, ab his, qui ad hoc negotium deputantur, praeter invicem, attestaciones, uniformem consensum, ac hanc divinae testimonio, quae accuratissime ad examen vocantur, praeter haec, inquam, indicantur, publicae preces, ut Deo placeat illuminare Ecclesiam suam, equae adfit in re tanti momenti, quam subsequitur verus cultus, vel sacrificia superstitiosa, si in album Sanctorum referret plures, qui ante illo unum artum, vitam, & mortem ad examen revocasset. Tamen illo ne modo probabile videri potest illis, qui eam forevere de Deo, equae Providentia opinionem, & illam velle derelinquere Ecclesiam suam, eumque in tanti momenti re fallere tunc vero, cum postulationem illi pollicitus est Spiritum Sanctum, & cum omnibus receperit, se, ubi duo, aut tres congregati fuerint in nomine eius, in medio eorum te esse adfuturum? Hinc facile potest inferri, fieri nequeunt posse, ac Ecclesia semetipsum decipiens veli decipere fideles, & postquam etiam illorum populum suffragia, & re ut unus, vel duo esset testes suffocent, ut plures annos differat in Causa B. Roberti de Arbricella. Ibidem.

Theologi hoc loco quaestiones institunt, de qua opera praedicta est auctoritas Canonizationis; amonesti, utrum tendendum sit tanquam articulus de fide, Sanctam a Sancta sede confectis formis, curis in Beatorum, Sanctorumque nomenclaturam relatum, repta beatum esse, ac in Caelo Dei visione gaudere? Quaestioni huic facillime praesertim respondendo, quamquam verum, ac certissimum sit talem Sanctum N. . . beatum esse, tamen hoc non esse obiectum fidei divinae. Si enim Veritas hinc in semetipso perpendatur, cum minime sit obiectum peculiariter revelatum, Ecclesia fideles non obligat ad fidem hanc, nisi cum his, de quibus in Scripturis singulariter habemus revelationem, cuiusmodi sunt S. Iohannes Baptista, S. Stephanus, Sancta Elizabeth, aliique ei genus. Sin autem veritas ista consideretur per principia, & quibus inferitur, & per Theologum, Theologorumque argumentum; de fide est, quae libet Sanctum talem ab Ecclesia declaratum post omnes regulas requisitas vere beatum esse, quod autem talis Sanctus N. . . meritis fuerit finalem in gratia perseverantiam, in Dei amicitia obfisse, & vitae sanctae proficiat sancte iuxta, hoc nunquam pervenit ad certitudinem de fide, ideoque consequens, quod elicitur ex praemissis huius argumenti, non nisi de humana fide esse posse, iuxta Phi-

Iudicium
Ecclesiae
& Sedis
claris in
Sanctorum
Canonizatione
est in-
fallibilis.

Summa Ec-
clesiae cura
in inquir-
endis proba-
tionibus in
sanctorum
Canonizatione.

Romana
Ecclesia
improbat
Iugum Ca-
nonizationis
in vobis
ut fides

Utrum cre-
ditur de
fide divina,
Sancti Ca-
nonizationem
vere fuit
per fidei
causam?

Iosophorum canonem docentem, Syllogismi conclusionem semper sequi partem debiliorem, ex qua deducta est. Exempla gratia: in Altaris sacrificio de fide est, omnem consecratam Hostiam continere verum corpus Salvatoris Mundi, & adorandam esse hostiam, quam Sacerdos mittit celebrans elevat, sed de fide non est, talem hostiam vere consecratam esse, vel sacerdotem, qui consecravit illam, vere facris ordinibus fuisse initiatum. Hoc ipsum dicendum est de Canonizatione, quae iudicium Sancti fingit. De fide non est talem Sanctum N. . . esse in gloria; sed ex S. Bonaventurae sententia, terribilis, ac temeraria incredulitas esset de hoc ambigere, & sicuti tanquam haereticus haberetur, qui nollet adorare hostiam, quam Sacerdos facris operibus elevat; similiter non deest credendi locus, illum esse ipsam Ecclesiam rebellem, qui renuit credere, Sanctum rite, & recte inter Sanctos relatum, in Caelis esse beatum. Ex Theologis.

Insignis temeritas est iudicare velle comparationem inter merita Sanctorum, & S. Hieronymum imprudenter, & parum sane mentis immulato esse, quod ad examen vocare conabatur, uter e duobus sanctis maior esset coram Deo, & uter alter in gloria laeta praecederet. Qui Sanctorum merita aliter comparat, Verum citra imprudenteriam, immo sapienter comparari possunt opera bona, & actiones Sanctorum, alius alius magis meritorius, Deoque magis acceptus iudicando, qui Deus in scripturis nobis Canones quorundam proposuit, ut illas haec pacto feceremus, & cognosceremus. Nequaquam revelat nobis, quis in Caelo maior sit, vel gloriosior; sed exempli gratia revelat obedientiam Deo magis acceptum esse, quam Sacerdotium; & ad altari esse recedendum, quod cum fatis redamur in gratiam. *Hieronymus Chrysostomus P. Bonaldus tom. 5.*

Cum Summi Pontifices animadvertent Episcopos, & Metropolitas, qui sui iure jurabant, nonnunquam ecclesiasticas prohibiciones exgere, ita ut graves identidem abusus obrepserint, evenit tandem ad Apostolicam Sedem, ut suis homines in Sanctorum album recedendi tanquam unius ex causis majoribus, de quibus iudicium fieri non esset, quod tamen non accidit nisi postquam variis abinde temporibus complurium Sanctorum celebrata fuisset apothosis. Ut Sancti aliquid Canonizatio fieret authentica, nequaquam credebatur sufficere, quod Summi Pontificis dignaretur hoc viva voce oraculo vel scripto confirmare, nisi religiosum hunc ritum ipsi convellerent formis, & sollempnitatibus, quae optimo iure constituta sunt. Hoc videmus Innocentio III. qui Canonizationem respiciens tanquam sui Sancti Sedis devotum Pontifex die per Bullam anno 1208. editam, vel potius per Benedictam Epistolam inscriptam Nobilitati quatuor Provinciarum Gallicae, B. Petrum de Castellanis Martyrem pro fide declaravit, ad eisdem gloriam, opere fuisse praedictam illam mortem oppetere, ne natio universa periret, & consequens illas futuram salute Lavacrum ad eluendas haereticas lodes, sinique tempus, quod maximos in Ecclesia fructus erat partem. Tamen quia supremus ille Pontifex sibi sufficit, passim creditum est, hanc Martyri tribuendam non esse Sancti dignitatem, neque generatim ad Ecclesiam universalem extendendam esse illius cultum; qui peculiariter illi in patria, & Ordine ipsius adhibetur. Ex pluribus Auctoribus.

Uti iuris, quod Sancta Sedes recentis obtinuerat ad Sanctorum Canonizationem, seu Taerit receptus, seu in dubium vocatus, minime prohibuit quo minus aliquid Episcopus sui ad huc sibi vendicaverit Canonizandi Sanctos, qui ad peculiaris eorum pertinebant Ecclesias, cuius rei malia extant exempla. Romana Ecclesia nequaquam reputavit hanc particularem Canonizationem genus, cuius effectus inquit unius Diocesis, vel Provinciae fines continebatur; verum quo die hanc vigant contactu, quo minus omnis haec sanctificandi ratio excludere ad omnes, nisi Romano Pontifici reservanda censetur. Novus igitur ritus, quod beatificationem dicimus, veluti dispositio ad generalem Canonizationem, & facilius interim in honore habendi Sanctum religiosum cultu in particulari Ecclesia, & in loco illius cancellis conclusio, puta in aliqua communitate, aut Ordine toto. Recens haec species tunc tandem inventa est, ubi e re visum est Sanctorum Canonizationes per diutinas temporum moras esse peragendas, ut diligentius, ac tutius constet de re veritate per severissimas quaestiones. Re adhuc incerta creditum est quinquaginta annorum spatium post sancti viri obitum sufficere posse ad detegendas malas artes, quibus locus hinc, post Sanctae Sedis, sed quamprimum intellectum fuit facti spatium requirit, necnon viva tantum quaestiones, ac processus Canonizationis ad decentos fere annos proferri. Haec rationes expurgandi cultum Sanctorum in Ecclesia non solum competuit impudenter licentiam multiplicandi per temporum intervalla Sanctos ignotos, sed plurimum contulerunt ad disgregandos plures fictitios, quorum memoria esset reprobanda. Ex istem.

Nemo unquam dilectore debet I. Aliquem Canonizare, non hinc tamen Sanctum facere, sed talem declarare, eumque in fide ferre in nomenclaturam eorum, quos tanquam beatos colit Ecclesia, quae praecipit, ut quilibet palam cum honore valeat, & invocare. 2. Praetipula Sanctorum invocatione tanquam licita, ac salutari; opperta precium esse, immo etiam necessarium esse, ut Ecclesia determinet eos, qui colit, invocantur possunt; ad auferendam quilibet facultatem sibi ad arbitrium

compendendi commentitias devotions, & ad prohibendum omnibus superstitionibus aditum. 3. Sanctos triplici ratione haberi posse, vel scripturarum testimonio, quales fuerunt Simeon, Zacharias, Elizabeth, Iohannes Baptista; vel populorum consensu, quod accidit in primis Ecclesiae Graecae, Latinaeque temporibus, S. Athanasio, S. Gregorio Nysseno, S. Basilio, S. Iohanni Chrysostomo, S. Hieronymo, S. Ambrosio, S. Augustino, alique; vel tandem diligenti, prudenti, & fidei perquisitione probationum, quae haberi possunt de illorum sanctitate, & dum viverent, & postquam mortui sunt; praesertim vero per divina testimonia, quae mentiri non possunt, ubi talia reperiuntur, qualia sunt miracula. Huius generis fuit Canonizatio Sanctorum Francisci, Domitii, Bonaventurae, utriusque Thomae Aquinatis, & Cantuariensis, S. Ludovici Galliae regis, S. Francisci Paulani, aliorumque, qui hodierna die in Catholica celebrantur Ecclesia. 4. Fatebuntur omnes privatorum non esse vera, a falsis facere miracula propter illusiones Antichristi, quas Scripturae agna, & prodigia vocat mendacia. 5. Adesse eos, quibus examina hoc Ecclesia committit, & curam hanc summo Iuxta Christi Vicario esse reservatam. 6. Si quis velit asserere, Summum Pontificem falli posse in Sancti approbatione, iure illi responderi posse, ipsum etiam falli posse in repropositione vel Sancti, vel argumentorum Sanctorum ipsius. 7. Tantis esse pendere ex iudicio eorum, quos Salvator haereticus fuisse tanquam seipsum, quam ex iure eorum magis, ut dictum est, ubi nulla humana veritas attonitas, atque carolus ad examina vocatur, quam cum agitur de nomine populi tradenda, cum honorum, imitatione, & invocationem Sanctorum; cum praesertim in tota actione hac, nihil requirit Verbo Dei, & nemini vis afferatur, ut nolens conflagret ad Sanctos, quomodo non improbet aliorum pietatem, & celebrat festos dies, quos celebrari jubet Ecclesia. Denique hanc agere fidebantur omnes, Ecclesiam, quae in Caelis est, unum hauriat corpus efficere cum illa, quae est in terris, & hancque invicem sibi esse conjunctam. Ex pluribus Auctoribus.

Facultas homines in Sanctorum album referendi, Episcoporum auctoritati inharebat, qui illam exercebant cum suffragiis, aut consensu Cleri sui, & eorumque populum. Sed eorum constitutiones non nisi in Ecclesia, vel diocesi eorum locum habebant. Quapropter temporum omnium decursu res in hoc statu permansit, videlicet utque ad saecula decimum finem, nulla habita fuit generalis canonizatio, nisi forte, haec particularia Episcoporum, vel Synodorum iudicia probata, & recepta fuerint ab Ecclesia universa; Episcoporum auctoritas in eo munere legitima quidem erat, non autem infallibilis. Ratio referendi alique inter Sanctos primis Ecclesiae temporibus simplex erat, facillime in multis apparuit, ac formalitate. Primum quidem in fide multo magis fieri tantum confuevit, & hinc ferri potest iudicium de cura, quae tunc adhibebatur; nam alibi a nobis dictum fuit de cura, quam Ecclesia Romana, Sanctus Cyprianus, alique Sancti Praefules adhibebant in colligendis eorum nominibus, qui propter Jesum Christum patiebantur, una cum circumstantiis martyri eorum, ut in Sacris Dypticis referrentur, & in sacrificio illorum mentio recoleretur. Paret non licuisse honorem habere cupiam martyri, cuius cultus non esset palam probatus, & munus Episcopi, vel Synodi auctoritate. Honor postea inferendi nomen in Canonem Sanctorum mox cum Episcopis, Eremitis, Virginitibus, aliisque geminatis sanctis, & praedictis cum maribus, cum feminis communitus factus, qui in osculo pacis decedebant, quibus in Orientis obitu videtur sub finem Echnitarum persecutionum; quod concipitur minus ex cultu Sancti Gregorii Thaumaturgi, Sancti Dionysii Alexandrini, & aliorum antiquorum, quae ex Iesu Sancti Antonii, qui Discipulis suis praecipit, ut corpus illius post ejus obitum absconderent, prohiberetur ne super tumulum suum edificaretur facellam, quae una erat tunc temporis canonizandi ratio. Cuius nobis occurrunt plura exempla, & quod quatuor, quae frequenter fuisse videntur praesertim in Palaestina, Syria, antitimetica Provincia. Ex variis Auctoribus.

Non deducunt inter Catholicos viri boni, & cum morum sanctitate praesertim, in quibus veritatis amor non semper vim habuit corrigendi studium illud, quod mortalitas in mendaciam, & figmentum impellunt. Ipsi etiam Apolloniorum temporibus non defuit huius notae vir in persona S. Papae Hieropolitani Episcopi, qui se habebat discipulum Apolloniorum, & praeforum eorum, qui J. C. cognoverant. Papias autem licet praesertim investigasset, & zelo erga Religionem, non abhorruisset tamen ad admittendis fabulis, de J. C., Apolloniae, narracionibus, cum mirum in modum credulus esset & facillime recipiendo quae comque sibi sub tantis nominibus auararentur, quia vera, a fictis discernere, cum ipse iudicium in eadem alius vendideret; & liquet opera illius nugae, & mendacia pro factis, ac sententias Apolloniorum tradidit fuisse. Huius characteris quales fere semper in Ecclesia inventi sunt, pares etiam sunt fictis confiterendis historiis, non levas ac haereticis. Inter hos tamen illud intercedit discrimen, hos non decipi, nisi quod primi decepti fuerant, quae res illis magis acceptas faciles efficere potest, praeter Haereticos & calumniantibus, qui sunt primi calumniarum auctores; sed non ideo minus molesto parit effectus in animis legentium; & malum est incurabilis, quo aliores sunt impressiones, quae praesertim cum meritis eorum inveniunt. Ex istem Auctoribus.

Summa Ec-
clesiae cura
in inquir-
endis proba-
tionibus in
sanctorum
Canonizatione.

Romana
Ecclesia
improbat
Iugum Ca-
nonizationis
in vobis
ut fides

Utrum cre-
ditur de
fide divina,
Sancti Ca-
nonizationem
vere fuit
per fidei
causam?

Abusus qui
obrepserunt
in descri-
ptione viri
Sanctorum

Veris forma
sanctos Ca-
nonizandi

Abusus qui
obrepserunt
in descri-
ptione viri
Sanctorum

